IOHANNES DE VIERRA
Böhmen (?), 2. Drittel 15. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8286
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



usu communiori ut michi vi[tur] botrus, tam pro
vuarum collectione dependente in vite, quam
pro alio significato pro ut hucusque sum
exportus. Unde hic botrio onis. dicitur illud
quod exit de sarmento quando turgescit.
et illud etiam quod pendet de cingulo in
extremitate vel de corrigia. Sequitur

Bubo onis. nomen est volucris
tractum a sono vocis. Et est bubo
volucris omnista pluuiis et gram semper
detenta pigritia et in sepulcris die noc
tuque versatur ut satis patet ex vbri. Et bubo
dicitur est quidam morbus sub ano quia
non bene vel libenter sinit a patiente
videri sicut nec predicta volucris se si
nit bene vel libenter videri. Buso onis
vermis quidam terrestris est quatuor
pedibus gradiens et est quodammodo
similis rane. Bulesimus mi. dicitur
ingens fames que et hec bulima me
sis dicitur. Bulio is. iui. itum dicitur
statere ex calore. Unde hic bullor oris
et hec bullio onis. pro eodem. i. tumor
aque bullientis et hec bulla le dicitur
illud quod fit in aqua ex pluuia cadente
Et bulla inuenitur etiam pro stella et
pro gemma et pro ornamento equorum
et nobilium puerorum. In signum enim nobi
litatis nobiles pueri olim portabant
bullas a collo dependentes. Unde et
quedam vestis et etiam baltens dicitur
bulla quia bullis ornetur et generaliter
omnia ornamenta aurea vel ar
gentea que sunt inflata ad modum
bulle aquatice bulle dicuntur. Et bul
la dicitur etiam quoque sigillum quod ce
re imprimitur. Et etiam sigillum papale
communiter bulla nuncupatur. Et etiam
[illegible] litera domini pape bullata. Bulla

frequenter dicitur. Unde bullo as. i. sigillare
et etiam bullis ornare. Et bullatus
a. um. s. qualibet significatione dicitur
bullas habens vel ipsis ornatus vel mu
nitus. Et hic bullus li. dicitur caput
porri vel cepe. Bullio componitur se
mibullio lis. i. immediate vel ipsum
bullire. Bullio et eius composita proprie
accepta neutra sunt et faciunt preteritum
in iui et supinum in itum. Bulbino
as. secundum hug. est menstruoso
sanguine inquinare. Sed bulbico
as. i. puerili sanguine inquinare et sunt
actiua. Et ponitur tamen quandoque abso
lute et passiue ut ista bulbinat. i.
menstruoso sanguine inquinatur et
sic suo potest exemplificari de bulbico
as. Et a bulbino nas. hoc bulbinari
um. dicitur sanguis menstruose mulieris.
Buo is. vi. utum. i. perfundere sed non
est in usu et diuinatur a bibo is. teste
hug. Et a buo butus a. um. i. perfusus
sed non multum est in usu. Et hic buco
onis. dicitur quedam animal valde lac
te habundans. Unde hoc butirum pe
multum producta de quo precessit sermo
in bobonis circa finem. Buo componitur
inbuo is. i. intus vel valde perfundere
unde inbuere dicitur pronunciare. proprie enim
inbui dicitur ara noua primo sacrificio
dedicata et perfusa. Conbuo is. i. simul
perfundere. Et notandum quod inbuo et
conbuo possunt accipi in malo. s.
pro inquinare et etiam in bono ut
dicendo iste inbuit vel conbuit se
bonis moribus. Buo componitur cum
de et liquor oris et dicitur delibuo
is. intingere vel valde liquore per

Bullor
Bullio
Bulla
Bullo
Bullatus
Bullus
Bulbico
Bulbinarium
Butus
Buco
Butirum
Inbuo
Delibuo